

cum Deo promotereri posse, hinc perperam adversarii inferebant, non igitur facienda esse bona opera.

3. Quemadmodum enim ideo non negantur sensus ac motus in animali, quia negantur esse causa vitae: Ita neque prohibitentur bona opera; licet illa non dicamus esse causam iustificationis coram Deo.

4. Testantur autem scripta Theologorum Augustanae Confessionis, ac conciones de decem praeceptis, & alia simili argumento, quod utiliter doceant de omnibus vita generibus & officiis, quae vita genera, & qua opera in qualibet vocatione Deo placeant,

5. Cum autem decalogus regula sit bonorum operum, recte notat Confessio puerilia illa & non necessaria opera, quae in papatu urgentur, ut sunt certae feriae, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus sanctorum, rosaria, monachatus & similia, quae sunt ex deodogenitatem, quibus frustra Deus colitur. Matth. 15. v. 9.

Doctrina
Pontifi-
ciorum,
quod fide
& operib.
simul ju-
stifice-
mur, non est
nulla fidei,
in negotio iustificationis, me-
sana.

6. Quamvis autem in Ecclesia Romana nunc doceant hominem fide & operibus iustificari, quae doctrina tolerabilius est priore, quam nullam fidei, in negotio iustificationis, me-

810-